



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 35. Ejusdem Scriptoris opera, ac de iis judicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. mo Antwerpiae natus a teneris indolem ad literas valde propensam exhibebat, atque in patria sua humanioribus literis imbutus Parisiis Rhetoricæ & Philosophiæ præcepta Magistro Melodonato hauriebat, inde in Belgium reversus post exulta Duaci & Lovanii per studia Salmanticæ Lauream doctoralem emeritus est. Postea Brabantii Senatus Consiliarius, supremus Belgici exercitus Prætor, Vice - cancellarius Brabantinus, Fiscique Proeurator selectus alia adhuc hujus Provinciæ munia obibat, quas tamen dignitates post exortos Belgii tumultus Anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo deposuit, ac ferme triginta annos natus Vallisoleti Societatem ingressus est, ubi eruditionem suam Philosophicam & Theologicam Lovanii, Moguntiae, Duaci, Leodii, Grætii & demum Salmanticæ anno post Christum natum millesimo sexcentesimo quarto ad Auditorum utilitatem impendit: inde vero Lovanium revocatus tertia post adventum suum die decima nona Octobris obiit.

§. XXXV.

*Ejusdem Scriptoris opera, ac de his
judicium.*

Vix vigesimum ætatis suæ annum Mar- Sæc. XVII.
 tinus attigerat, cum Justi Lipsii a- A. C. 1608.
 micitia ejusdemque manu exarato Co-
 dice usus in Solinum, postea in Clau-
 dianum & Senecam tragicum annota-
 tiones conscriberet: maturior factus
 commentarios edidit in *Genesim* sub no-
 mine: *Pharus Sacræ Sapientiæ*, necnon
 in *Cantica Canticorum*, præter *adagialia*
Sacra, & tractatum de *difficilioribus &*
utilioribus Sacræ Scripturæ locis. In hisce
 libris hic Scriptor majorem, quam in
 aliis ingenii aciem, ac judicii solidita-
 tem demonstrabat; dum enim calamum
 admoverat laudibus Beatissimæ Virgi-
 nis Mariæ, huncque in finem publici
 juris fecerat suum opus *Marianum &*
tredecim Panegyres sub titulo: *Flori-*
da Mariana, nullum in iis legitimæ devo-
 tionis modum servasse, sed discreti cul-
 tus Mariani limites excessisse notatus est
 a Dupinio. Pariter Martinus suppresso
 suo nomine *Vindicias Areopagiticæ*, at-
 que ementito *Liberii Sargiæ* nomine de
 eodem hoc argumento vulgavit suum
Peniculum foriarum elenchi Scaligeriani pro
Societate Jesu ad clarum Bonarscium, in
 quibus libris opera Dionysii Areopa-
 gitæ eidem Authori adversus Scalige-
 rum quidem vendicat, minus tamen
 moderato ac Religioso calamo usus in
 injurias, & phrasas nimium mordaces
 effun-

Sæc. XVII. effunditur: Scripsit præterea stylo satis
A. C. 1608. puro varia jurisprudentiæ opuscula,
 quorum elenchum præfert Pater Ale-
 gambe Jesuita, qui de eo scribit: *non*
opinionibus vulgi rapiebatur, in omnium
rationem sequebatur duces: non pauci
men ex Literatissimis, dum ejus disqui-
sitiones Magicas pervolverent, censere,
 quod hic Scriptor sui ævi genium re-
 mulatus, mirifice credulus, vulgi opi-
 nionibus ac præjudiciis valde præven-
 tus fabulas & annales historiolas ado-
 ptarit, & Bodinum, Hemmingium,
 Cæsalpinum, Hyperium, Paulum Gril-
 landum, Nicolaum Remigium, Lam-
 bertum Danæum, aliosque ejusmodi
 Dæmonologistas secutus, non paucos
 etiam obscuro nominis authores vel om-
 nino incognitos allegarit. Hæc autem
 non tam Scriptoris quam argumenti
 vitio vertimus; in rebus enim magicis
 & dæmoniis vix pathognomonica ac
 vera subsunt indicia, ex quibus vere
 Energumeni a phreneticis & maniacis,
 aut dæmonum artes ab hominum fal-
 laciis & phantasiis facile discerni pos-
 sent, quamvis nullam exstare Magiam di-
 cere temerarium, ac veteri Sadduceo-
 rum, qui Spiritus negabant, errori sat vicin-
 um foret. Edidit quoque Martinus
 magicæ suæ Pædagogicæ epistolam apo-
 logeticam contra cujusdam *sugillationem*.

Pro-

Prostat infuper Madritensibus & Colo-
nienfibus literis excufus ipfius *commen-*
tarius rerum in Belgio gefiarum a Comite
Fontano Petro Henriquez, addito tractatu
de tumultibus Belgicis Auctore Rolando
Miriteo Onatino, quod per Anagramma
idem eft ac *Antonio Martin Del-Rio:*
hujus autem operis ftylus valde vehe-
mens, multumque affectatus eft.

§. XXXVI.

Claudii Dausquei decessus.

Ad hunc quoque annum referre lubet *Alegambe*
Claudii D'Ausqueii feu Dausquei *Bibl. Scri-*
obitum, quamvis certum mortis fuæ *ban. amphit.*
annum nullibi annotatum invenerimus, *hon. l.2.c.13.*
id tamen pariter certum eft, quod post *Baillet ju-*
annum Chrifti millefimum feccentefi- *gem. des*
mum feptimum nulla amplius illius vi- *critique.*
tæ memoria apud Scriptores fiat: Hic *Lipfius ep.62*
igitur anno reftauratæ Salutis millesi- *Cent. 5. ad*
mo quingentefimo feccagefimo fecceto die *Belgas.*
quinta Decembris Audomaropoli natus
ætatis fuæ anno decimo fecceto Jefui-
tis fece aggregabat, quorum tamen So-
cietate, qua de cauffa ab exteris igno-
ratur, relicta Tornacenfis Ecclefie Ca-
nonicus renuntiatur. Meminit ipfius
Scribonius tanquam Viri eruditione,
linguarum peritia ac eloquentia clarif-
fimi. Erat quoque fat familiaris cele-
berrimo

Z 4